









- ad Pontificem delere prætermittat. *ib.*
- VIATICA**, quæ a reis inquisitis exiguntur pro Commissionibus a Tribunali Gubernii Urbis, aut a Congregatione Sac. Consultationis contra eos expeditis, ad Cameram Apostolicam pertinent, quæ Judicibus, & Notariis Criminalibus certa salaria, & emolumenta persolvit. XLIV. p. 168. col. 1. *V. Bona Reorum.*
- VIATICA**, & Cibaria pro Commissionibus ad instantiam Accusatoris, vel Adhærentis Fisco Expeditis, solvi debent ab ipso Accusatore, vel Adhærente, qui ea repetere nequit ab Accusato, seu inquisito, nisi post sequutam condemnationem. *ibid.* p. 169. col. 1.
- VIATICA**, & Cibaria pro Commissionibus expeditis ex Officio a Tribunalibus Cardinalis Vicarii, aut A. C. de speciali mandato Sanctissimi, a Camera Apostolica solvuntur, quæ eadem repetit ab inquisitis. *ibid.*
- Si autem desit mandatum speciale manu Papæ signatum, tunc solvenda erunt ab ipso Judice, qui Commissionem transmittit. *ibid.*
- Item si Judices, & Notarii neglexerint descriptionem bonorum inquisiti, eamque descriptionem in Processu non infererint; nihil pro Viaticis, & Cibariis repetere possunt a Camera Apostolica. *ibid.* col. 1. & 2.
- VICARIUS** Metropolitanus in Synodis Provincialibus antefertur Episcopis Suffraganeis, ob auctoritatem, quam obtinet, & ratione Personæ, quam repræsentat. XXXVI. p. 142.
- VICARIO URBIS** Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali inungitur, ut in deputatione Confessoriorum Extraordinariorum pro Monasteriis, & Conservatoriis ipsius Urbis, Pontificis menti se conformet, & statutas leges a Regularibus, aliisque observari curet. LVI. p. 144. col. 1.
- Id ejusdem Tribunali servari jubentur leges a Pontifice conditæ ne ordine tractandi causas super nullitate Professionum Regularium, quæ intra quinquennium apud Ordinarios Judices promoveantur. XLVII. p. 136.
- Vicarius Urbis**, tanquam Præfectus Congregationis super Residentia Episcoporum, facultatem ab Urbano VIII. habet concedendi Episcopis ex justis causis, licentiam absendi a Diocesi per quadraginta dies. XVIII. p. 60. col. 1.
- Vicarii Urbis Promotor Fiscalis**, idem constituitur Fiscalis Promotor Congregationis super Residentia Episcoporum, cum jure suffragii consultivi. *ibid.* p. 61. col. 2.
- Vicarius Urbis** Commissiones pro causis criminalibus expedire potest, expensis Accusatoris, sive Adhærentis Fisco; factis nimirum ab hoc congruo deposito pro viaticis, cibariis &c. & data fidejussione pro reliquo. XLIV. p. 168. col. 1.
- Deficiente autem Accusatore, seu Adhærente, Commissiones expedire nequit, sed demandare debet inquisitiones Ordinariis Ecclesiasticis locorum, seu aliis ibi existentibus, in dignitate Ecclesiastica constitutis. *ib.*
- Quod si expedire judicetur eas ex Officio ab Urbe mittere, vel easdem injungere Judicibus extra locum delicti existentibus, reportare debent Commissionem specialem manu Papæ signatam, & ab Auditore Sanctissimi subscriptam, alias expensas solvet de proprio. *ibid.*
- VICELEGATIS** Apostolicis præscribuntur Cereemoniales leges, erga Archiepiscopos, & Episcopos Ecclesiasticæ Ditionis observandæ. V. Append. tom. I. num. II. p. 273.
- VICINUS** pluribus partibus, præfertur aliis vicinis in emptione domus. XXXIX. p. 152. col. 2.
- V. Prælationis Jus.*
- VILLA FONTANA**. V. Medicina.
- VINCENTII LIRINENSIS** sanctitas, propter suspicionem errorum circa Dogmata nondum ab Ecclesia definita, non obscuratur. LIV. §. 31. p. 201.
- VIS**, & **METUS** distinguitur in gravem, & levem, habito etiam respectu ad personam, cui inferitur. XLVII. p. 182. col. 2.
- VIS**, & **Metus** adhiberi non debet, ut Judæi in Christianorum regionibus asyli jure gaudentes, Saptismum suscipiant. XXVIII. p. 89. seqq.
- Audoritates afferuntur, & exempla explicantur, & *ib.* p. 98. seqq.
- Et de jure Principum in eos, quos jure belli subjecerint. *ibid.* p. 99.
- Si quis per Vim, & Metum dicat se baptizatum fuisse; videndum an violentiis cedendo consenserit, an vero dissentiens aqua Baptismi ablatus fuerit; In primo enim casu valide baptizatus censetur, secus in secundo. *ibid.* p. 104. Vim, & Metum inferentes, ut quis Religionem ingrediatur, aut Professionem emittat, ab Ordinariis puniendi sunt, pœnis a Concilio Tridentino statutis. XLVII. p. 182. col. 2.
- Vis**, & **Metus** auctores, qui a reclamante, vel a Testibus ab ipso inductis, indicati fuerint, citari debent in judicio super nullitate Professionis. *ibid.* p. 189. col. 1.
- Vis**, & **Metus** incusus ad cogendum aliquem, ut Professionem Regularem emittat, etiam si perseveraverit per quinquennium, & ultra, non ideo tamen prorogatur quinquennium a Concilio Tridentino concessum ad reclamandum. *ibid.* p. 179. col. 1. & p. 181. col. 1.
- Attamen ex Apostolicæ Sedis æquitate inductum est remedium restitutionis in integrum, de quo *ibid.*
- VISITATIO** SS. LIMINUM. V. Relatio Status Ecclesiæ.
- ULTIENSE** Monasterium, seu Præpositura S. Laurentii de Plebe Martyrum supprimitur, ejusque bona Mensæ Episcopali Pinarolien. noviter erectæ ununtur. LVI. p. 287. col. 1.
- VOLUNTAS**. V. Baptismus. V. Intentio.
- VOTA**. V. Professio.
- VOTA** simplicia, quæ in Societate Jesu post biennium probationis emittuntur. Beneficiorum vacationem non inducunt. XXV. p. 80. col. 2.
- VOTANTIBUS** Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ præscribitur Præcedentiæ lex, juxta respectivam antianitatem. LX. p. 28. col. 1.
- URBANUS VIII.** Martyrologii Romani emendationem fieri curavit, eique perficiendæ Doctorum Virorum Congregationem deputavit. LIV. §. 2. p. 195. col. 2. & §. 46. p. 204. col. 1.
- USUARDUS** in Martyrologio suo concinnando, antiquioribus Martyrologiis Hieronymi, Bedæ, Rabani, Vandelberti, & Adonis usus est. LIV. §. 34. p. 202. col. 1.
- Itaque, quod in illis non reperitur, sed ab ipso Usuardo additum dignoscitur, ad examen revocari decet. *ibid.* §. 36. col. 2.
- Usuardi error circa Festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis notatur. *ibid.*
- UXOR** in potestate Mariti est juxta Legem Moyfi. XXVIII. p. 106.
- Ideo Maritus a Judaismo ad Ecclesiæ Fidem conversus, eam ad Baptisimum offerre potest. *ib.* V. Judæi.

## Z

**ZOCIOLETTE**. Conservatorio S. Clementis, quod vocatur *delle Zoccollette* in ragione Arenula Urbis, annuum Subsidium Dotale assignatur. II. p. 51. col. 2.



